Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

dens et creuit usque ad perfectum diem. Obedientia qua eum do
nauit abbas suus huius cenobii erat ut coquine frum
aque ministraturos usus humero adportaret. Vasa
nibus quoque eorum lauandis simile obsequium ageret. Sic
sese cunctis fratribus seruire letatur.
Nec moratur interea emulus hostis, nunc aperto bel
lo nunc latentibus insidiis hominem dei impugna
tur. Et cum testacea uasa nostri aque aliquando uino
plena portaret: predictus hostis callido astu lapsus pa
rat ac ut confracta in partes spargentur. efficiens sacri
uiri faciem ingenti rubore perfudit. Hec dum multo
ties fieret et ipse tot uicibus uenia prostrato corpore pe
teret: tandem ultor eius confusionis respexit ad hec nego
tia deus. Nam una dierum cum frum messe adportatur fo
ret merum offenso pede ipse corruit super uas. et uas in
genti cecidit super marmora lapsu. Audit a longe pa
ter monasterii cunctique fratres per ordinem quomodo labitur
ille heros nescientes qua hunc casum prosperrima ad
uersitas comitaretur. Ita enim uas sanum et uini portio
non minuta reperitur. ac si nulla foret facta ruina.
Item nobilis quedam femina monasterium hoc causa ora
tionis ingreditur: et cum karitatem ibi facere foret: iam
septem annis panem se non gustasse professa est. Ille uero
hunc abstinentie morem pro infirmitate adhesisse ei
recognoscens allato pane salutifere crucis signacu
lum impresit. Ac inde prandenti matrone eum adpo
neret in nomine domini mei ihesu christi. filia inquit manduca
panem. Non licet tibi sanctam karitatem uiolare. per eum
amore hoc paruum prandium accipe iussa es. Ad hanc
uocem credula mulier panis munera degustans.
cum gratiarum actione regreditur in domum suam. Ex hinc ergo
communi cibo usa. rem se nouam contigisse cunctis nar
rat. ac glorificat uox omnium dominum deum.
Nec pretereundum est qualiter cuiusdam iohannis filiam qui
nunc urbis prefectus esse dinoscitur atrocissimus
febrium dolor uexare cepit. Quam cum homo
dei sacratissima sua manu tangeret. omnis languor
eius corporis imperio abscessit.
Archiepiscopo uero magontino beati presulis gregem
sine pastore ire conspiciens misit legatos
cum litteris per quos dominum apostolicum de sancti uiri reditu
interpellat. Facta est rome synodus pro hac causa et
oritur utrimque litigium grande. ex una parte eorum
qui monachum perdere timuerunt. ex alia eorum qui pasto
rem suum cum auctoritate quesierunt. Cumque inuicem pug
nantibus sententiis utraque pars diu decertaret. tandem

dubiam nunc eorum primas uix promeruit uictoriam.
Hic ipse primas frater erat ducis. cuius terre que erigebatur
episcopus prefuit. Tum apostolicus non tam uoluntate quam iu
re dei promotus talia respondit. Reddimus quod iuste
querunt. quamuis de bono patre iam degenerasse
filii. et dabimus eum hac lege: Si audierint eum tene
ant cum dei benedictione. faciantque sub eo fructum
centuplum. Si autem a consueta iniquitate sua rece
dere noluerint: hic non absque periculo sui capitis ma
lorum consortia decliner.
Hec ubi dicta dedit finita est synodus et solu
to cetu redierunt quisque in domum suam. Abscee
dunt legati monachis tristibus. et leto animo
ac magna exultatione. Cumque emenso itinere pra
gam uenirent. exit ei obuiam omnis etas et sexus
et quasi cum ingenti gaudio acceperunt eum. Dant manus
ac promittunt omnia. uelut qui de sua reuisione oppido
gauderent. et secundum eius precepta priorem uitam plenis
sime emendare uellent. Sed paulo post cepit eos igna
ua mollicies et neglectis predicationibus itur in
omne nefas. Veterum quippe uiciorum recordationibus
peruenti in carnalem partem relabuntur. et perit la
bor pastoralis. et diligens cura boni patris.
Inter hec luctuosum et miserabile crimen exoritur.
mulier cuiusdam nobilis. cum clerico adulterasse pub
lice arguitur. Quam cum more barbarico parentes de
decorati coniugis decapitare quererent. fugit il
la per celeres auras donec ueloci cursu usque ad op
tatum peruenerat episcopum. Volens autem de illorum manibus
mulierem liberare. clausit eam in monasterio sancti
monialium quod sub uocabulo et ueneratione sancti Ge
orii consecratum firmissimis menibus uallatur. Clausam
uero ecclesie custodi fideliter commendat. credens ut
femina inter feminas solatia doloris et sub alta
ris defensione uite securitatem haberet. Crimen
quoque in se referre uoluit. ut sceleris auctorem
magnum aliquid fieret. scilicet ut penitencie fruc
tibus aut illam uite seruaret. aut ambo simul uis
si morerentur. Qua uoluntate qui martyrii coronam
exposcens erat. adimpleret utique quod uolebat.
nisi eum prudenter dominus willico prohiberet.
Impia manus interea absconse mulieri ferrum ne
cemque parans. armato milite episcopale forum
irrupuit. Querit nimis et contumacibus dictis
episcopum qui contra diuinum fas et legalia iura ad
ulteram defendere uellet. Quod ille diuine con

104